Oculi Quadragesimalem proxima Anno Domini Millesimo Sexcentesimo Sexagesimo Octavo proxime praeterito confecta et conscripta manibus contrahentium et scitorum amicorum subscripta Actisq[ue] Castren[sibus] Sanocen[sibus] sub damnis Terrestribus roborata, ad solvendum assecurata, per manus Generosor[um] Francisci Podolski et Catherinae Strzeska Coniugum persoluta, ob sufficientem et plenariam sibi recognoscenti praestitam satisfactionem, summaeq[ue] eiusdem suprascriptae realem et effectivam per eosdem Generosos Podolskie Coniuges persolutionem quietat emittit, dimittit, et liberum absolutumq[ue] facit ac pronuntiat. Ulterius autem eandem cum omnibus et singulis eiusdem conditionibus et ligamentis cassat mortificat et annihilat perpetuo et in aevum. Quibus praesenti personali recognitione ad praemissa omnia mediante.

Przecolowski Morskie Quietat & Statuet.

90 Comparens personaliter coram Officio et Actis praesentibus Castren[sibus] Capitan[eali]bus Praemyslien[sibus] Gnosus Martinus Przeglowo sui Sanus mente et corpore existens a Terris Districtibusq[ue] Iuribus Iurisdictionibusq[ue] suis quibusvis propriis et competen[tibus] recedendo. Praesenti vero Castren[si] Capitan[eali] Praemyslien[si] Iurisdictioni quo ad actum hunc attinet secum Iuribus ac bonis suis generaliter omnibus totaliter et plenarie incorporando atq[ue] subyciendo palam libere publice ac per expressum recognovit. Quia ipse suo et Gnosae Zuzannae Przeglowska Consortis suae Intimae pro cuius ratihabitione cavet seque praesentibus inscribit nomine Generosum Albertum Morski eiusq[ue] posteros de summa Qua

tuor

tuor Millium et Quingentorum Florenorum Polonica-
lium sibi Recognoscenti et supra scriptæ consorti suæ
per præfatum Gnosum Morski Actis Castrensibus
Capitaneal. Sanocen. inscripta et ad solvendum super bo-
nis Juribus suis subiectis videlicet certis sortibus
Villæ Tureczkowa modo obligatorio assecurata tum
de eadem Ipsa Inscriptione obligatoria Castren. Ca-
pitaneal. Sanocen. ob præstitam summæ eiusdem Qua-
tuor Millium et Quingentorum Florenorum Polonicalium
persolutionem, quietat emittit, dimittit et liberum ab-
solutumque facit, et pronuntiat. Inscriptionem præfatam
Obligatoriam Castren. Capitaneal. Sanocen. cassat, mor-
tificat, et annihilat et de bonis condescendit. Re-
cognoscens summæ eiusdem sibi Recognoscenti et
consorti suæ præstitam et persolutionem. Insuper
supra scriptus Generosus Przyglowski debebit et
tenebitur prout se ac suos successores in et super bo-
nis suis gnalr omnibus summisque quibusvis pecu-
niariis habitis et habendis supramemorato Gnoso
Morski eiusque posteris inscribit et obligat præsen-
tibus prænominatam Generosam Zuzannam Pru-
szkowska consortem suam ltimam vel in eventu
mortis successores illius ad approbandam per ipsam
Inscriptionem Quietatoriam aut similem aliam suo
pro interesse faciendam ad Acta quævis authenti-
ca Regni vim et robur perpetuitatis in se haben-
tia intra decursum sex septimanarum cum personali
sui Recognoscentis assistentia adducere et personaliter
statuere ab eaque vel in eventu mortis successoribus il-
lius ut præmissa debite exequantur efficere. Sed
sub vadio summæ supra scriptæ simili aliorum vi-
delicet Quatuor Millium et Quingentorum Floreno-

rum

rum Polonicalium per eundem Generosum Martinum Przy-
głowski sive eius Successores praenominato Generoso
Alberto Morski aut eius posteris ob non statuitio-
nem suprascriptae Consortis suae statuendae vel in even-
tu mortis successorum illius ad exequenda praemissa pro
tempore et loco superius expressis ad solvendum suc-
cumbendo. Pro quo quidem vadio modo praemisso ad
solvendum succubito ac pro re aliqua principali ex prae-
missis completa complenda praefataque Consorte sua
non statuta statuenda Citatus existens memoratus
Recognoscens aut eius posteri ad Instantiam su-
perius nominati Generosi Morski aut eius suc-
cessorum ad Officium praesens Castrense Capitaneale
Praemysliense extunc recessu suprascripto quoad re-
spondendum spectat mediante semper in primo Cita-
tionis Termino tanquam peremptorio stare iurpa-
rere respondere vadium praetactum luere, inscriptio-
ni huic satisfacere, ac omne iudicatum pati debebit et
tenebitur seque ac suos successores ad eadem omnia inscri-
bit et obligat praesentibus. Illum Terminum primum
peremptorium et alios omnes exinde consequentes
Causae eiusdem Terminos semper peremptorios ve-
ra infirmitate, pro maiori minorennitate successorum le-
gatione intra vel extra Regnum servitio militari admu-
nimenta ad evictorem vel aliis quibusvis dilationi-
bus et legalibus impedimentis non differendo. Ad
quietationem praeterea ulla proximos Officij praefati Ca-
strensis Capitanealis Praemysliensis Terminos dilatione
sibi non recipiendo, nullasque motiones, appellatio-
nes ac earum prosequutiones faciendo, praemissaque

omnia

omnia pœnis simplicibus, vel triplicatis evasionibus, su-
spensionibus fatalibus Juris praescriptione Terrestri vel
lo Conventionez ac alijs quibusuis Juris remedijs
et defensis non subterfugiendo, nec alio quouis modo
euadendo. Hac sua praesenti personali recognitione ad
promissa omnia mediante.

Morski et Przyglowski sese mutuo Quietant, et Vnus Statuet.

90

Comparentes personaliter coram Officio et Actis praesens
Castrens Capitaneal Praemyslien Generosi Albertus
Morski ab Vna et Martinus Przyglowski parte ab
altera sani mentibus et corporibus existentes a Ter-
ris, Districtibus, Juribus, Jurisdictionibusque suis
quibusuis proprijs et competentibus recedendo praesens
vero Castrens Capitaneal Praemyslien Jurisdictioni quo-
ad Actum hunc attinet se cum Successoribus ac bonis su-
is gnalr omnibus totaliter et plenarie incorporando
atque subijciendo palam, libere publice ac peresspressum
recognouerunt, et quilibet illorum suo pro interesse re-
cognouit. Quia ipsi et quidem Gnosus Przyglowski
suo et Gnosa Zuzanna Pruszkowska Consortis
suae ltimae pro cuius rati habitione cauet esse prae-
sentibus inscribit nomine sese mutuo et inuicem Vna
Pars alteram cum posteris Vtriusque Partis de Interci-
sa certa inter se Recognoscentes et supra fora Gnosa
Przyglowska ratione obligationis bonorum Certanu Sortis
Villae Jareczkowa, aliarumque rerum et conditionum in ea-
dem Intercisa contentarum de Actu et data illius ibidem
contentis confecta, et conscripta, tum et de eiusdem In-
tercisae